

**4 DOMINICA III.**

2. Responsio Christi realis. Juber enim aperire oculos & aures: *Annunciate Joanni ea quæ videtis & auditis.* q. d. Annunciate ipsi miracula, quæ facio ad confirmandum meam doctrinam, & dulcissimas conciones de remissione peccatorum, quam annuncio, & his vos convincet, me esse promissum mundi Salvatorem. *Esa: 35. rem.* Talia enim opera Prophetæ Messiam facturum prædixere.

*Esa: 61.  
Ezech:  
34. &c.*

*V S V S.*

*Esa: 42.* 1. Insigne exemplum quod Christus linum fumigans nolitextinguere.

2. Exemplo Christi & nos infirmos feramus.

3. Nec nos ipsos extollamus: Sed doctrinam nostram aliorum judicio subjiciamus. Spiritus enim Prophetarum Prophetis subjectos esse Apostolus affirmat.

**DE III. L O C O.**

Finita responsione laudat **CHRISTUS** Joannem, laudat autem illum abeuntibus discipulis.

*Mat: 10.* 1. Ne in errore eos confirmaret, putantes Joannem esse Messiam. Ita Ecclesiæ pastores omnia circumspecte agere decet,

2. Ne